



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 6. Dubitatum de ijs quæ tradit Gellius super vi musicorum cantuum  
in morbis quibusdam sanandis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Dubitatum de iis que tradit Gellius super vi musico-  
rum cantuum in morbis quibusdam sanandis.

## CAPVT VI.

APVD Gellium cap. xiiij. libri quarti hæc legun-  
tur: *Creditū hoc à plerisque est, & memoria manda-  
tum, ischiaci cum maximè doleant, tum si modulis lenibus  
tibiem incinat, minui dolores. Ego nuperrimè in libro Theo-  
phraſti scriptum inueni, viperarum morſibus tibialem ſci: è  
modulatèq; adhibitum mederi.* Hæc Gellius: quæ vereor,  
ut ab eo latè fideliter relata ſint. Certè eodè Theo-  
phraſtus non lenibus modulis leuari ischiacos ſcripſe-  
rit, ſed harmonia Phrygia, quæ omniū vehementiſſi-  
ma eſt, & aptiſſima ad animos audientiū diuino quo-  
dam furore incitādos. Ideoq; eam adhibebāt in orgiis  
Bacchi & Berecynthiæ. & hoc eſt quod ait Catullus:  
*Tibicen vbi canit Phryx curuo graue calamo.*

Et propterea ait Ariſtoteles tibiam adhibendam  
eſſe: *ὅτι οἱ ἰσχυροὶ καθαροὶ μᾶλλον δυνάει ἢ μέθῃσι.* quod  
non animaduertent, qui eum Ariſtotelis locum in-  
interpretati ſunt. Verum autem eſſe quod dixi de Theo-  
phraſto, conſtat ex his quæ ſunt apud Athenæum li-  
bro xiiij. *ὅτι ἡ νόσος ἰάται μουσικῇ Θεοφραſτος ἰσχυροὺς ἐν  
τῇ φησὶν ἰσχυροὺς ἰσχυροὺς φάσκων ἀνθρώπους διατελεῖν, εἰ κα-  
τανοῦσι τὴν τῶν τόπων τῆς φρυγίας ἀρμονίαν.* Sed & quod ſta-  
tim ſubiicit de morſu viperarum, vereor ne non de  
viperis ſcripſerit Theophrastus, ſed de iis phalangiis,  
quæ hodie vulgò Tarantolæ vocantur, quarū morſus  
in Romæ, quod ſciam, innoxius, in Appulia ſi negli-  
gatur, lethalis eſt: neque aliud mali vſitatus, aut ex-  
perimentis remedium, quàm in citharædis & tibialem  
quibus auditis, velut è graui ſomno excitatus, qui  
morſus eſt, attonitus & extra ſe poſitus ſaltare ac tri-  
pillare incipit; neque vnquam deſinit, dum ne illi  
a quidem

Murell  
Lectiones  
11  
25

quidem intermittant, donec delassatus, ac subito  
fluens, propè exanimis concidat. Hoc quidem & cer-  
tissimum ac notissimum est, & à præstanti medico  
Mattiolo litteris proditum. Apud Gellium autem  
eodem loco ubi legitur περὶ λοιμῶν ἢ λοιμῶν, non  
bium est, quin λοιμῶν, non λοιμῶν, legi debeat.

Quid significet vox περπερῆδες.

CAPVT VII.

**V**ERBYM περπερῆδες, quo vitur M. Tullii  
epistola quadam libri primi ad Atticum  
eius sunt: Ego autem ipse, dii boni, quomodo ἐν περ-  
πέρω nouo audito; i Pompeio;) quoque vsus est & Pa-  
ulus Apóstolus in priore epistola ad Corinthios,  
πῆ, inquit, & περπερῆδες, raro admodum in scrip-  
tibus Græcis legitur: ideoque variè & à Grammaticis  
& ab alijs exponitur Est autem iactare & ostentare  
& inanis gloriola fructum ex re aliqua aucupari. Idem  
ex illo xere magno Basilio, cuius hæc sunt ἐν ἀπο-  
στόλοις. Πᾶν ὁ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ κενωπισμὸν ἐπαλα-  
ρεῖ, περπερῆδες ἐχέει κατηγορίαν. Neque vsquam melior  
vocis interpretatio reperiri potest.

Loci aliquot ex epistolis ad Atticum emendati.

CAPVT VIII.

**E**MENDABO, aut saltem emendare conabor  
Eiusdem epistolis alia. Libro igitur secundo ita  
legitur: Cura, amabo te, Ciceronem nostrum, ei me  
videmur, ubi quem, quæso, idoneam sententiam effe-  
re potest illud δέοι, siue patruos, siue diuinos inter-  
tere: Sed nõ libet περπερῆδες. In libro satis vetere  
me donauit vir multis nominibus illustrissimus Ge-  
lielmus Sirletus Cardinalis, ita scriptum est: Cura  
bo te Ciceronem nostrum CYNOS CYNOCIN

Ant  
Varia  
L